

in lapides durefcere afferere & confirmare nō  
 dubitat : et pleriq; huus opidi incole egre  
 gii fabri ferrarii : talesq; eē confueuerunt : r  
 ut ferrea cuiuscunq; ufus instrūta ab illis  
 opificibus fabricata in precio habeantur. Tu-  
 chuum utrum nouum uel uetustum fit opi-  
 dum incertum est. penitus laceratum domi-  
 num suum et totam eius familiam simul r  
 cum trecentis hominibus crudeliter intere-  
 mit . Arx uallis obscure ad solum euerfa  
 sine ulla humani capitis interemptione mi-  
 rabile dictu remanuisse uidetur . Arx altera  
 nomine quinq; milium penitus destructa u-  
 ginti circiter homines occidit . Arx tertia  
 uulgato uerbo rasi nuncupata funditus di-  
 ruta uiginti mortalium capita confregit : r  
 Riginerium omnino deuastatum decem  
 et octo homines necauit . Fornellū plusq;  
 semirutum decem mortales oppressit . Fossa  
 cognomine ceca ad solum euerfa totidem r  
 homines morti tradidit . Messamolium pr-  
 ius destructum totidem psonas occidit . r

Tuchuum .

Arx uallis obscure .

Arx quinq; milium .

Arx Rasi .

Riginerium .

Fornellum .

Fossa ceca .

Messamolium .